



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Concordia. Pia Et Vnanimi Consensv repetita Confessio
fidei & doctrinæ Electorvm, Principvm Et Ordinvm Imperii,
atq[ue] eorundem Theologorum, qui Augustanam
Confessionem amplectuntur**

Lipsiæ, 1606

I. Primum, sacras literas, perinde atque patres, loquentes de Maiestate,
quam humana natura Christi per vnionem personalem accepit, vti verbis:
Communicationis, communionis, participationis, ...

urn:nbn:de:hbz:466:1-35443

tum veterum purioris Ecclesiæ doctorum, præcipuè verò eorum, qui quatuor Oecumenicorum Conciliorum antesignani & directores fuerunt, quomodo illi hac de re locuti sint, dilucidè ostendet.

Suntq; testimonia illa, quò faciliùs ea inuenire & rectiùs intelligere lector posset, incerta capita distributa, quæ sequuntur.

I.

Primum, sacras literas, perinde atque patres, loquentes de Maiestate, quam humana natura Christi per vnionem personalem accepit, vti verbis: Communicationis, communionis, participationis, donationis, traditionis, subiectionis, exaltationis, dari, &c.

Dan. 7. Ecce in nubibus cæli quasi filius hominis veniebat, &c. & DEDIT ei potestatem, honorem & regnum, potestas eius potestas æterna.

Iohan. 13. Sciens quia omnia DEDIT ei Pater in manus.

Matth. 11. Omnia mihi TRADITA sunt à patre meo.

Matth. 28. Data est mihi omnis POTESTAS in cælo & in terra.

Philip. 2. DONAVIT ei nomen super OMNE nomen, &c.

Ephes. 1. Omnia **SVBIECIT** sub pedibus eius.

Psal. 8. 1. Cor. 15. Hebr. 2. Phil. 2. Propter quod **DEVS EXALTAVIT** ipsum.

Eusebius ἀποδείξ, βίβλ. δ. κεφ. ιγ.

Ἀλλὰ τὰ μὲν ἐξ αὐτοῦ μεταδίδως (ὁ λόγος) τῶ ἀνθρώτῳ, τὰ δ' ἐν ἑῷ δυνάμει μὴ ἀπλαμβαίων. καὶ τῆς μὲν ἐν θεῷ δυνάμει τῶ δυνάμει χρησθῶν, τῆς δ' ἐν ἑῷ δυνάμει μετασίαις ἐκ ἀντεπαρόμενος.

Sed illa quidem à seipso communicans (ὁ λόγος) homini, hæc verò à mortali ipse non recipiens. Item, mortali quidem potentia diuinæ subministrans, à mortali verò ipse non contrà in partem aut communitatem adductus.

idem id.

Τῦτον αὐτὸν (τὸν ἀνθρώπον) ἐκεῖ τῆς ἰσχυρῆς αὐτοῦ ζωῆς αἰδία, καὶ τῆς ἐν δυνάμει καὶ μακροχρόνι κοινωρίας ἀξιώων.

Hunc ipsum interim ad illius vitæ æternæ, quam penes se habet, atq; ad dignitatis in diuinitate ac beatitudine communitatem assumens.

Athanasius in Epistola ad Epictetum referente etiam Epiphanio contra Dimeritas: ἢ διὰ παραδίχην θεότητος γέρονε σὰρξ ὁ λόγος, ἀλλ' ἵνα ἡ σὰρξ ἀδασῆ, ἢ δ' ἵνα βελπωθῆ ὁ λόγος, παρῆλθεν ἐκ Μαρίας, &c. μᾶλλον γὰρ αὐτὸ ἀνθρώπινον παρῆλθεν ἐκ τῆς μεγάλης γέρονε ἐκ τῆς ἑῷ λόγου πρὸς αὐτὸ κοινωρίας τε καὶ ἐνώσεως. **Non enim verbum caro factum**

Etum

ctum est, ut deitati aliqua accessio fieret, neque ut Verbum in meliorem statum reduceretur. Magis verò ipsi Humanæ naturæ accessio magna facta est ex communiōe & vnione Verbi ad humanam naturam.

Epiphanius hæresi 69. pag. 344. Διλον-
 όπι ή σάρξ ή από Μαρίας έσα κη εν έ ήμετέρω χόνε
 τυχαίωσα κη μετεμορφότο εις δόξαν, δόξαν έπιτω-
 μένη τής θεότητς, πλώ πμλώ τε κη τελειότητα κη δόξαν
 πλώ έπεράνιον, ήν μη είχεν ή σάρξ άπ' άρχής, ενταύ-
 θα έ λαβόναι εν τή συνένώσει έ θεώ λόγω. Contra
 Arriomanitas.

Caro, quæ ex Maria & ex nostro genere erat, transformabatur in gloriam (in transfiguratione) in superacquirens gloriam deitatis, honorem, perfectionem & gloriam cœlestem, quam caro ab initio non habebat, sed ibi eam in cōiunctione scilicet D. E. I. verbi accepit.

Cyrillus lib. 5. Dialog. Quomodo ergò vivificat caro Christi? Et respondet: Secundum vnionem cum vivente Verbo, quod & suæ naturæ bona proprio corpori COMMUNIA solet facere.

Theodoretus Ephes. 1. Quòd verò as- Tom. 2.
 sumpta ex nobis natura eiusdem honoris pag. 114.
 cum eo, qui assumptus, SIT PARTICIPE, VE
 nulla videatur adorationis differentia, sed
 per naturam, quæ cernitur, adoratur, quæ

non

non cernitur, diuinitas, hoc verò omne miraculum superat.

Damascenus lib. 3. περί ὀρθοδόξ. πίς. cap. 7. & 15. Καὶ αὐτὴ μὲν (ἡ θεῖα φύσις) τῶν οἰκείων ἀνχημάτων τῇ σαρκὶ μεταδίδωσι, μένεται αὐτὴ ἀπαθής, καὶ τῶν τῆς σαρκὸς παθῶν ἀμέτοχος. pa. 194. Diuina natura proprias suas excellentias seu glorificationes carni COMMUNICAT seu imperit, ipsa verò in se passionum carnis manet expers.

Idem cap. 19. ἡ ὃ σὰρξ τῇ θεότητι ἔ λόγῳ ἐνεργήσει (κοινωνεῖ) διὰ τε ὡς δι' ὄργανον ἔ σώματι τῆς θείας ἐκτελείας ἐνεργείας, καὶ διὰ τὸ ἓνα εἶναι τὴν ἐνεργήντα, θεϊκῶς τε ἁμα καὶ ἀνθρωπίνως. εἰδέναι γὰρ χρὴ, ὡς ὁ ἄγιος αὐτῶν καὶ τὰς φυσικὰς αὐτῶν ἐνεργεῖ ἐνεργείας, &c. κοινωνεῖ τῶν ἐνεργήσεων τῷ λόγῳ θεότητι καὶ διεπέσει καὶ κυβερνώσει τὸ πᾶν νοῶν καὶ γινώσκων, καὶ διεπᾶν ἕχ' ἰσὺς ψιλὸς ἀνθρώπου καὶ, ἀλλ' ὡς θεῶν καὶ ὑπόστασιν ἠνωμένῳ καὶ θεῶν καὶ χηματίσας.

Caro operanti deitati verbi COMMUNICAT, cūm quòd diuinæ operationes per corpus tanquam per organum perficiantur, tum quòd vnus & idem sit, qui diuina & humana operetur. Nosse enim oportet, quòd sicuti sancta eius mens etiā naturales suas operationes operatur, &c. Et simul communicat etiam deitati verbi operanti & gubernanti ipsa etiā intelligens, cognoscens & disponens totum vniuersum, non vt nuda

homi-

hominis mens. sed vt Deo secundum hypo-
stasin cōiuncta, & DEI mens constituta.

II.

*Christum Maiestatem illam in tem-
pore, neq; secundum diuinitatem seu diuinā
naturam, sed secundum assumptam naturam, vel se-
cundum carnem, vt hominem vel vt filium hominis.
humanitatis, ratione corporis seu humanitatis
propter carnem, quia homo aut filius
hominis est, accepisse.* <sup>vt dicitur quod
uoluntatem</sup> <sup>Deo, utriusq;
q; homo.</sup>

Hebr. 1. Facta purgatione peccatorum
PER SE IPSVM, seder ad dexteram Maiestatis
in excelsis.

Hebr. 2. Videmus IESVM propter PAS-
SIONEM mortis, gloria & honore corona-
tum, & constitutum super omnia opera ma-
nuum Dei, & omnia ei subiecta sub pedibus
eius.

Luc. 22. Ex hoc erit filius hominis sedens
ad dextris virtutis DEI.

Lucæ 1. Et dabit EI Dominus DEVS se-
dem Dauid patris, & regnabit in æternum, &
regni eius non erit finis.

Athanasius citante Theodoro Dialog. 2.
pag. 330. σου εν λέγει η γραφή, ὅτι ἔλαβεν ὁ υἱὸς καὶ
ἐδοξάσθη, διὰ τὴν ἀνθρώπινα αὐτοῦ λέγει, ὅτι τὴν
θεότητα. Quæcunque scriptura dicit Chi-

itum